

2 de la Libreria del Colegio de Salamanca

EMUNDI  
RICHERII  
DOCTORIS THEOLOGI  
PARISIENSIS  
DEFENSIO LIBELLI  
DE  
ECCLESIASTICA  
ET POLITICA POTESTATE  
*IN QUINQUE DIVISA LIBROS.*  
TOMUS SECUNDUS.



COLONIÆ,  
Apud BALTHASARUM AB EGMOND.  
M. D C C I.



# CENSURA

*Censura*  
SACRÆ FACULTATIS

THEOLOGIAE PARISIENSIS

IN QUATUOR PRIORES LIBROS  
REPUBLICA ECCLESIASTICA.

*Auctore MARCO ANTONIO DE DOMINIS*  
*Archiepiscopo Spalatensi.*

LONDINI, Apud Jo. Billium typis excusos 1617.



P A R I S I I S ;

Apud ROLINUM THIERRY viâ Jacobæa, sub Sole aureo:

ANNO M. D. CXVIII.

¶ CENSURA SACRA FACULTATIS THEOLOGIA PARISIENSIS  
IN QUATUOR PRIORES LIBROS DE REPUBLICA ECCLÆSTICA.

*Censura sacra Facultatis Theologia Parisiensis  
in quatuor priores libros de Republica Ecclæstica. Auctore Marco Antonio de  
Dominis Archiepiscopo Spalatensi 1618.*

 **A**æresim, naturam & astum serpentis imitari, qui ejus ingenium norunt, facile omnes agnoscunt; nem quemadmodum serpens præter atrum virus quod undique jaculatur, eandem quoque ad caput sapè retorquet. sive totam dum colligit iram, sive ut torpentes & languidas vires acrius exsuscitet. Ita enim hæresis ubi in varia fidei dogmata obrepere tentaverit, nec tamen quicquam profuisse, sed venenum marcido jam corpore frustra vomuisse & perdidisse conspexerit, ad suum tandem principium, & à cauda ad caput per sinuosa volumina serpentis more redire, seque ad novam tabiem animare solet. Id cum plerisque hæresibus compertum habeamus, quarum ortus & interitus similes extitère, & eundem scopum tam in fine, quam in primordio semper collimárunt, in hac quæ nostro infelici tempore ex orci tenebris excitata est, luce meridianâ clarius emicat. Siquidem cùm anno quingentesimo decimo septimo supra millesimum nefarius apostata Martinus Lutherus violati non solum monasterii, in quo per aliquot annos delituerat, septis, sed etiam effractis verecundiæ christianæ repagulis, in summum universalis Ecclesiæ Pontificem, varias cœpisset expuere calumnias, atque illius supremam potestatem, non tantum imminuere & labefactare, sed etiam funditus evertere studuisset: pestilens autem ejus hæresis plerisque in Provinciis, Deo duce jamjam effœta & moriens ad exitum properaret. Ecce evoluto centum annorum spatio, nempè hoc decimo septimo supra millesimum sexcentesimum alter Apostata & Ecclesiæ perduellis in medium prodire ausus est, eandemque defensionem contra Ecclesiam & generalem Christi in terris Vicarium renovare cogitans, librum nefarium innumeris hæresibus refertissimum edere, hæreticā temeritate præsumpsit. Quo in negotio fortasse verendum nè plus periculi & damni quam olim à Luthero Ecclesiæ immineat & emergat, non tam quod Lutheranum schisma ab uno pseudo-Religioso cœperit; istud verò ab homine variis titulis larvato & præcipuis Ecclesiæ honoribus aucto; sed etiam quod non sine magno bonorum omnium luctu plerosque diversis in locis prætextato & ementito Catholicorum nomine, non ita ut par est, in supremum Ecclesiæ Antifitem propensos experiamur. Quapropter Facultas Parisiensis officii sui non immemor, majorumque suorum, qui omnis generis erroribus Censuræ animadversione no-

# LIBRI PRIMI ARGUMENTUM.

## C A P U T P R I M U M.

- I. Partitio totius operis in quinque libros. pag. t.
- II. De Philosophi & Sophistæ instituto, quantumque ejus rei notitia conductat ad dogmaticè judicandum de permultorum hominum scriptis, qui odiis inflammatis hodie in lucem mittuntur.
- III. Varii auctores qui in Richerium ejusque libellum scripsierunt.
- IV. Libros magistri Andræ Vallii contra Richerium totos scatere cavillationibus; & de hac inscriptione quâ libros suos nobilitavit: De suprema Romanî Pontificis in Ecclesiam potestate.
- V. Summum Pontificem à duobus generibus inimicorum oppugnari, quorunt alii omnia illi adulatione contra jus divinum, naturale, & canonicum arrogant, alii impiè detrahunt.
- VI. Schismata æquè patrati in Ecclesia, si Caput ministeriale omnia membrorum officia usurpet, quam si membra legitimum Capitis imperium detrectent.
- VII. Schola Parisiensis & Collegii Sorbonici divisionem non à libello Richerii, sed ab illis manasse, qui, post Henrici Magni cædem, discordiarum & novitatum femina artificiose inter Doctores sparserunt, quò sub infirma astate Regis suas res privatas agerent, atque doctrinam de absoluta Papæ monarchia in res spirituales & temporales defigerent in Francia.
- VIII. Utrum libellus Richerii intempestivè editus fuerit.
- IX. Non modò Theologis licitum, sed etiam pernecessarium esse de Papæ potestate disputare.
- X. Vallius inepte & sophisticè contendit Papam se habere ad Ecclesiam, sicut sol ad radium, fons ad rivum, radix habet se ad arborem.
- XI. An Richerii libello antiqua doctrina Facultatis Parisiensis contineatur.
- XII. A temporibus Synodi Constantiensis Gallicanam Ecclesiam semper fide catholicâ tenuisse Concilium esse supra Papam, idque neminem revocasse in dubium, nisi postquam Jesuitæ Ludum aperuerunt in Galliis.
- XIII. Quibus de causis plures hodie teneant Papam esse supra Concilium, quam contra Concilium esse supra Papam.
- XIV. Theologos obstringi multa fide catholicâ credere, ad quæ imperiti Theologiaz non tenentur, & utrum hodie decreta Synodi Constantiensis aliquos fide catholicâ obligent.
- XV. Leviculus atque inconstans Vallius passim in solemnes protestationes, quas initio sui libri edidit, caco impetu cespitat.



# CONCLUSIO SACRAE FACULTATIS THEOLOGIAE PARISIENSIS

*Facta in Comitiis ordinariis celebratis 1. die Septemb. CIC 10C XII.*

Cum Apologetico Magistri Emundi Richer pro se ipso.

**A**NNO DOMINI CIC 10C XII. 1. die Septemb. sacra Theologiae Facultas Parisiensis post missam solemnem de Spiritu sancto sua statu & usitata habuit comitia in aula Sorbonæ.

Primò, post lectionem conclusionum superioribus comitiis mensis Augusti edituram factam à Magistro nostro Emondio Richer tum Syndico comparuere duo apparitores sacri consistorii in dicta aula, qui sedere iussi ostentatunt litteras regias majore sigillo munitas, easque recitarunt hoc tenore.

**L**OUIS par la grace de Dieu Roi de France & de Navarre, à nos chers & bien-amez George le Cirier, & seraphim Mauroy Huissiers en notre conseil d'Etat & privé, salut : sur le rapport qui nous a été fait en notre conseil du procès verbal fait par deux Notaires du Chastelet de Paris le premier jour du mois de Juin dernier de ce qui s'est passé en l'assemblée tenuë ledit jour au Collège de Sorbonne par les Docteurs de la Faculté de Theologie, & des oppositions, protestations d'appel comme d'abus, dires & déclarations rapportées par icelui sur la proposition faite en ladite assemblée, pour l'élection d'un nouveau Syndic en ladite Faculté au lieu de Maitre Emond Richer, désirant mettre fin aux différens de ladite Faculté, & remedier aux inconveniens, que leurs divisions peuvent causer au grand préjudice du bien & repos de nos sujets, & de l'état Ecclésiastique en ce Roiaume, duquel nous sommes protecteur & conservateur, de l'avis de notre dit Conseil, auquel étoient là la Reine Regente notre tres-honorée Dame & mere, les Princes de notre sang, autres Princes & Officiers de notre Couronne. Nous avons ordonné qu'en la prochaine assemblée de ladite Faculté, il sera procédé par les Docteurs d'icelle à l'élection d'un nouveau Syndic au lieu dudit Richer pour exercer ladite charge pendant le tems qu'il sera avisé en ladite assemblée, & qu'à cette fin le Doien ou autre plus ancien sera tenu